

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XVI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

tubiginosum apprehendit, multo minus rubiginem.
Scalig. Ex. 112. Alias si scobs ferri pulvere defossa
 fuerit, aut ferrum ex altera parte tabulæ, nihil ut di-
 cūm, impeditur spiritus. Maxime id mirum est, quod
 à nonnullis proditur, amicos nempe beneficio ma-
 gnetis arcanas, in maxima etiam distantia secum com-
 municare posse cogitationes. Arcanum hoc Famianus
 de Strada, Lucretii stylo & vena descripsit. hunc
 vide.

CAPUT XVI.

DE SCHISTO, GALACTITE, Gypso, Selenite, Amianto.

Schybos quo magis ferti instar splendor, eo durior est.
 In Mislena nodi quidam nascuntur magnitudine nu-
 cis juglandis, adeo duri, ut incidi impositi respuant
 ictus. Mislenum quatuordecim libras pendentem vidit
 Agricola. *Galaſtites* in Hildesheimio è fossa arenaria
 eruitur, singulis annis ex lacteo & glutinoso succo ca-
 pit incrementum. Vnde nonnulli capitum magnitudine
 solent inveniri. Nutribus quæ eum tritum cum aqua
 vel vino dulci biberint, fecunditatem laetis facere di-
 citur. *Gypsum* omne habet dutitatem: in Saxonie in
 tractu Hildesheimio saccaro reperitur simile. Durum
 incole Hercinii & Thuringii urunt, ustum molunt, &
 aquis madefacto calcis vice utuntur. Ustum cuiuscunq;
 coloris fuerit, candidum efficitur. Hominis imaginem
 è gypso facie ipsa omnium primam expressit, ceraque
 in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysi-
 stratus Sycionius frater Lysippi. Ex gypso, quod con-
 stat ex crustis cinerei coloris mutus Northusia in Thu-
 ringia est extructus, & portus Algeri Mauritaniae Cæ-
 satiensis oppidi. *Selenites* est lapis qui plena nocte ad
 incrementum Lunæ solet inveniri, imo imaginem Lu-
 næ, quia pellucet noctu, concipit, in dies singulos,
 crescentis minuentisque reddit. Non tantum vero per-
 spici potest, sed & rei quæ à tergo est imaginem reddit.

G 2

Ferr

Fert calores Solis & hyemis frigora; sed imbrum adeo impatiens est ut si vel magnæ ejus moles ipsius fuerint exposita corruptantur. *Amianthus* fit ex proprio succo. Ignis adeo non inquinat ejus splendorem, ut nitidus, conjectus extrahatur. Semel accensus non extinguitur, oleum nisi defecerit; hinc Asbessi nomen; & quia plenis mulierum crinibus similis est, canitieque hominis, *Bostrychitis* & *Corsoidis* imposita vocabula. *Ardentes*, inquit *Plinius*, in foris conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis quam possent aquis. Eo oblita non accendi obsidione Athenarum sub L. Sylla compertum est. Hic lapis peccitur, nevir, texitur, tametsi, quia brevis, difficulter. Conficiunturque ex eo non solum mappas, sed etiam mantilia. Ex eo eriam quondam funebres Regum tunicae, quibus induiti in togos ardentes imponebantur; ut corporum cinis à lignorum cinere secretus, in sepulchro condi posset. *Plinius* scribit, inventum hoc lignum, pretia excellentium margaritarum æquare: hodie tamen vili venditur pretio.

C A P U T XVII.

DE LAPIDIBUS VARIAS formas repræsentantibus.

LApides varias repræsentantes formas multi sunt: hic quosdam recensebimus, nimirum, *Trochiten*, *Entrochon*, *Enocrinon*, *Enorchin*, & alios. *Trochites tympani* est figura. Ejus pars rotunda lœvus est, utraque vero lata, habet quandam quasi modulum à quo undique radii ad extimam orbis partem. In acetum positus bullas agit, & reperitur qui se de loco moveat. *Entrochos* ex trochitis nondum separatis constat: cuius trochitæ radios habent eminentes, in eo, qua patte duo committuntur, semper inesse cingulum retortum videtur. Trochitæ vero sic conjunguntur, ut unius radii ingrediantur in alterius strias. *Enocrinon* effigiem liliorum exhibet. Cum enim angulata pars una